



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ Pontificum Romanorum

Ex Antiquis Monumentis Collectæ

Sandini, Antonio

Bambergæ, 1753

CXVI. Romanus Anno Christi 897. Lamberti 4. Leonis Sapientis 12.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65464](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65464)

CXVI.

ROMANUS

ANNO CHRISTI 897.

LAMBERTI 4. LEONIS
SAPIENTIS 12.

POST mortem Stephani VI. *prava-*
lente in Urbe, ut ait Baronius,
Romanorum factione adversus Adelber- Bar. an.
tum Tuscia Marchionem, Romanus 900. §. 3.
Constantini filius, Galesinus, Petri Pag an.
sedem eodem anno 897. ante quin- 897. §. 6.
tum decimum diem Octobris tenuit.

(1) Decessoris sui acta adversus For-
mosum abrogasse, scribunt Sigoni-
us, Platina, Panvinius, Ciaconius,
qui tamen nullum antiquum ejus rei
testem profitentur. Referente Flo-
doardo

Quatuor haud plenos tractans is cul-
mina menses,

Aethere suscipitur, meritos sortitus
honores

eum videlicet *menses tres, dies duos &*
viginti in Pontificatu fuisse. Ex qua
colligi licet, eum extremo mensis
Januarii anno 898. mortuum esse.

AN-

ANNOTATIONES.

(1) *Romanus ex Constantino Marini quondam Pontificis fratre genitus dicitur à Sigonio lib. 6. De Regno Italia ad an. 897. pag. 233.*

CXVII.

THEODORUS II.

ANNO CHRISTI 898.

LAMBERTI 5. LEONIS
SAPIENTIS 13.Bar. an.
901. §. 1.THEODORUS II. Photii filius
Romanus

*Dilectus Clero . . . pacis amicus,
Bis denos Romana dies qui iura
gubernans,*

*Sobrius & castus, patriâ bonitate re-
fertus*

*Vixit, pauperibus diffusus amator &
altor (1)*

Hic quoque causam Formosi ample-
xus omnes ab eo initiatos, quos Ste-
phanus VI. abdicârat, pristinis Or-
dinibus reddidit, (2) ejusque cor-
pusculum, quod pertinaciter ejectum fue-
rat, cum exultatione ad Apostolicam
tumbam reduxit. (3)

AN-